

The Electronic Manipulus florum  
www.manipulusflorum.com

Temptatio o  
cum uariis

Multos sua peius felicitas strauit, multos diuturna pax iunctos reddidit; eoque illos inopinatos hostes grauius pertulit quo longo quietis usu negligentes inuenit. Vnde sancti uiri cum multa se proficere uirtutum prosperitate considerant, quodam superne dispensationis moderamine exerceri se eciam temptationibus exultant quia tanto robustius acceptam uirtutum gloriam custodiunt, quanto temptationis impulsu concussi infirmi-  
tatem suam humiliter agnoscunt.

Gregorius libro XXXI. moralium.

---

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>):

multos] multas B C; peius] prius M; strauit] trauit (*cor. intra*) M; iunctos] victos P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>; reddidit] reddit M; exerceri] exteri B C; infirmitatem] humilitatem (*del. sub lin.*) C; libro XXVII. moralium] ibidem V<sup>2</sup>; Gregorius libro XXVII. moralium] ibidem L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>